



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1652-1663**

23. De Sacrilegio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80586](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80586)

Sec. I. De Præcepto I. Recept. Sent. 29

humani sanguinis effusio, potest enim adesse effusio absque homicidio & hoc sine illa, vt si homo suffocetur. Tertius est, effusio humani seminis. Quartus excommunicati vitandi sepultura. Quintus sepultura non baptisati.

De homicidio. Profecto quoad primum vt homicidium Ecclesiam violet, debet esse voluntarium, & iniuriolum, & intra ipsam Ecclesiam patratum, & consummatum. Hinc excluditur homicidium casuale, inuoluntarium, supra Ecclesiam tectum, vel circa ipsius parietes factum. Violaretur autem Ecclesia per mortem rei in ea à Iudice executioni datam. Quia talis mors non solum est iniuriosa Ecclesiae, sed etiam reo, qui ius habet, tali in loco non interfici. *cap. Proposuisisti, de consecr. cap. vni. de consecr. in 6. cap. Consultuisti, de consecr. cap. Ecclesiam de consecr. d. 1. Reginal. l. 9. n. 11. 7. Suar. 3. p. d. 8. sect. 4. de Euchar. Graf. l. 2. c. 48. n. 24. & 25. Coninch. q. 93. a. 1.*

De sanguinis dnb. 1. Quod ad secundum, debet sanguinis effusio esse iniuriosa: vnde si fiat ad sui defensionem cum inculpatæ tutelæ moderamine, vel ab amēte, vel à furioso, vel à puero nondum vstrationis prædito, vel casu à tegula aut lapide excidente, non polluitur Ecclesia. Quia effusio illa non est iniuriosa. Præterea requiritur aliqua sanguinis abundantia, & non sufficiunt duo, vel tres guttæ. Polluitur etiam Ecclesia, si vlnus exeratur in ipsa, & sanguis extra profluat: è contra autem non polluitur, cum aliquis extra Ecclesiam vlnus accipit, & in illa postmodum sanguinem emittit. Nec violatur, quando in illa existens aliquis telo, vel selopeto, seu armis missilibus vulnerat, percutit, aut confodit eum qui extra versatur: nec circumstantiam Sacrilegij tunc confiteri tenetur. Quia non consummatur peccatum percussiois, aut occisionis in loco Sacro. Diana citans Marchinum, Fagundes, Sa, & alios, p. 6. tr. 6. resol. 24. Nec Sacrilegium erit, si vnum occidas, aut vulneres in loco Sacro, quem nec formaliter, nec virtualiter intendebas occidere, vel vulnerare, intendendo tamen alium. Quia occisio respectu illius fuit inuoluntaria, & casualis. Vnde talis nec irregularitatem incurret *cap. si quis de homic. vltim. Suar. de censur. dict. 22. sect. 1. Fagund. de præcep. 2. l. 4. cap. 4. numer. 15.*

De effusione seminis. Quoad tertium actum, scilicet seminis effusionem humani, polluitur Ecclesia si veneris actus in loco Sacro illicite fiat, vel licite vt in conigatis, absque necessitate. D. Tho. 2. 2. q. 154. a. 10. Azor. 3. p. 3. cap. 27. q. 8. Lessi. l. 4. cap. 3. dub. 12. numer. 84. Per desiderium libidinosum, vel contactum turpem absque pollutione, non patratyr Sacrilegium, nisi quando desiderium tenderet ad gerendam copulam in loco Sacro: vel contactus turpis esset cum periculo pollutionis. Quando verò absolute desideratur femina in Templo, nec distinguitur, an copula desideretur habenda in Templo, vel extra, non est Sacrilegium. Quia desiderium illud iudicandum est secundum communem modum concupiscentiæ, qui quidem est, vt extra templum fiat: secus si habuit desiderium, seu intentionem gerendi in Ecclesia copulam. Quia hæc intentio est eiusdem rationis cum actu externo, qui habet speciale sacrilegij malitiam incon-

Esob. & Mend. Theol. Moral. Tho. IV.

fessione exprimendam: cum actus ille si executioni daretur, Ecclesiam pollueret. Ratio autem cur per contactum turpem absque pollutione non committitur sacrilegium, est, quia Ecclesiae violatio non est de iure natura: si enim esset, quocumque peccato mortali violaretur. sed de iure positivo: Ergo solum violabitur in casibus à iure expressis: atqui in iure solum exprimitur sanguinis, ac seminis effusio. *Navar. sum. c. 16. n. 3. Sanch. l. 9. de matr. d. 15. n. 10. & 11. Nauu. 10. 1. sum. c. 206. Filliuc. tr. 3. o. n. 133. 2. 2. d. 6. q. 15. pun. 1.* Quoad quartum, quando sepelitur excommunicatus vitandus, illius ossa proicienda sunt à loco Sacro, modo ab ossibus fidelium possint distingui. Si post cadauera dissoluta ossa proicienda, quomodo, sepeliri sine Ecclesiae pollutione possunt? Bonac. de matr. d. 4. pun. vlt. n. 2. Denique circa quintum seu non baptisati sepulturam moneo, Ecclesiam non pollui, quando in ea Cathecumenus ante susceptum Baptismum sepelitur. Quia decessisse cum flammis lauacro præsumitur. Porro filius potest sepeliri cum matre quæ parturiens, haud orto filio, moritur. Quia tunc filius pars matris censetur: secus si sit natus, & non dilutus. Sylui. 3. p. 9. 8. a. 3. q. 1. & alij. Polluta Ecclesia censetur etiam pollutum cœmeterium illi cõiugum. Quia cœmeterium cõsecratum privilegio eodẽ, quo Ecclesia, gaudet, accessoriũ enim sequitur principale. At cœmeterio polluto, non censetur polluta Ecclesia. Quia minus nobile nobilius non trahit. Adnoto, adesse discrimen inter Ecclesiae pollutionem. Nam polluta Ecclesia, etiã omnia polluitur altaria, quæ in ea eriguntur: quemadmodum vice versa altare pollui non potest, quin etiam corpus Ecclesiae violatum censetur. At vero si Ecclesia exeretur combustis, aut corruentibus parietibus, vt denuo debeat consecrari: non idẽ etiam altera consecratione, vel reconciliatione aliqua indigent: sicuti vice versa altare per fractionem enormem exeratur, seu consecrationem amittit, sine ipsius Ecclesiae execratione. Syluest. V. Altare. q. 11. Polluta autem Ecclesia, non censetur altare portatile pollutum. Quia non videtur habere tantam cum Ecclesia connexionem, sicut altare fixum. *Lezana 10. 3. vers. Altare numer. 22. & alij.* Ecclesia polluta reconciliatio fieri debet vel per Episcopum, si Ecclesia erat consecrata: vel etiam per simplicem Sacerdotem, si tantum benedicta, Syluest. Navar. & Tolet. apud Syluium 3. p. 9. 83. a. 3. q. 1. Monuerim, tum Ecclesiam censi pollutam, vt indiget reconciliatione, quando cause memorate sunt publicæ vel per euidentiã rei vel per confessionem aut probationem iuridicam. Quandiũ autem sunt occultæ, nulla opus est reconciliatione. *Plura 10. 3. tradidi.*

Profecto ad secundum caput reducuntur tres actus forenses prohibiti fieri in Ecclesia ob eius reuerentiam geri. Primo Placitum, vbi de sanguinis effusione, & corporali pœna agitur. Secundo Mercatus. Tertio Furtum siue sit rei Sacræ, siue non. Præfatis actibus possunt adiungi alij, v. g. Seditio cum qua cõiuncte esse solent cõclamations, & impetus: Concilia sæcularia, & Parlamenta. Vana foeda, profana colloquia, indecẽtiaque cõiunia. *Omnes communitur.* Ad caput hoc reuocatur primo, Ecclesiam

De sepultura excommunicati vitandi.

De sepultura non baptisati.

Polluta Ecclesia censetur pollutum cœmeterium.

Differentia est inter Ecclesiam pollutionem, & execrationem.

Reconciliatio Ecclesie polluta.

Actus forenses prohibiti in Ecclesia.

34 R
10
IV
W

